

1730.

*

1. Bornius, Jacobus: Programma, quo collegium
juridicum ad anniversaria memoriae Bornianae
sacra publica oratione celebranda invitatur.
2. Christianus, Joh. Frid.: De rebus Langobardicis ante
expeditionem populi in Italiam.
3. Clodius, Jo. Christianus: De scopelismo.
4. Dondorff, Christoph, pro-cancellarius facult. jurid.:
Programma, quo promotionem doctoralem Gyllitici
Augusti Tenichen . . . indicit.
5. Emmanuel, Michael Prust, fac. med. pro-cancellarius:
Programma, quo peregrinam medicam Joh. Inerti
Hlebenstretii indicit.
6. Franckenstein, Jacob Augustus: De fundo in pecunia
constituto.
7. Fries, Fredericus, fac. jus pro-cancellarius:
Programma, quo ad aeternam solennem Joanni Hen
rici a Selen invitatur.

1730

8. Graefe, Carl Rudolph: De juribus praecipuis et
singularibus jurisdictionis patrimonialis
9. Tribner, Mich. Henr., fac. jur. proaeancellarius:
Programm, quo solemniter inauguralia Car. Gottl.
Behrmaneri indicit
10. Tribner, Mich. Henr.: De differentiis juris Sax. Neth.
et Lus. Superior: in luitione fundi sub hasta ven-
diti.
11. Fenschen, Gottlob Augustus: De clerico nepote exale
successionis in gradum aviae maternae
12. Fenschen, Gottlob Augustus: De necessario interum
in sponsalibus minorum contractis consensu.
- 13². Fenschen, Gottlob Augustus: Specimen bibliothecae
eruditorum longaevorum. 2 Exempl

1730

14. Joachimus, Georg Lud.: De differentia reprobationis
a probatione actionis et exceptionum parento-
ris arum
15. Haestner, Abraham: De pecuniae efficacia
16. Haestner, Abraham: Programma: De inquisitione
non infernante, quo collegia sua hyemalis indi-
cit.
17. Haestner, Abraham: De fama [duplo!], ejus accus-
atione et restitutione.
18. Krappius, Hanns Erhardus: De curiae Romanae
solacionis politicis circa reformationem Lutheri
commissis merito suspectis.
- 19^{a, b, c} Kortholtus, Christianus: De ecclesiis subarti-
cariis I 3 part. 1730 & 1731.
- 19^d Kortholtus, Christianus: De ecclesiis sub-
articularibus II.

1730.

20. Korte, Gottlieb: *Vindiciae praetoris Romani
et juris honorarii*
21. Kuechlerus, Fran. Casparus: *De virtute numerarum
et mineralium medicamentosis*
22. Kuenhold, Fridr. Alexander: *Programma, quo et
gymnasii potensii Mendenianis disquisitionum
... inscribitur*

15670.

1730

d. 22. 4.

1730, 22.

AD
GYMNASII POLEMICI
MENCKENIANI
DISQVISATIONEM
PVBLICAM
DECENTER INVITAT
D. FRIDER. ALEXANDER KÜNHOLD
INSTIT. PROF. P. ET FACVLTV. IVRID.
ASSESSOR.



AD
GYMNASII POLEMICI
MENCKENIANI
DISQVATIONEM
PABLIAM
DECENTER INVITAT
D. ERUD. ALEXANDER KÄNHOLD
INSTIT. PROF. P. ET FACULT. IVRID.
ASSessor.



* * *



Vm multae res in citationis doctrina nequaquam satis adhuc explicatae sint, tum perdifficilis quaestio est de *immediata Clerici, reali actione conuerti, ad iudicium rei sitae vocatione*. De qua tam variae, tamque discrepantes sunt iuris interpretum sententiae, vt cui assensum praebere debeas, dubium videatur et incertum. Posse iudicem secularem in casu proposito, neglecto ecclesiastici iudicis subsidio, *immediata, quam vocant, citatione vti, asseruere BERGERVS, a)*

) (2

LEY-

a) *elect. discept. forens. ad tit. 4. O. P. S. obseru. 2. not. 3. p. 69.*

LEYSERVS, b) *alii*; c) non dandam esse ei hanc licentiam, sed iudicis, cuius ratione personae iurisdictioni Clerici subsunt, imploratione opus esse, WERNHERVS d) et GAILIVS e) putauerunt, quorum negantem sententiam vsus quorundam Consistoriorum confirmat, eamque indoli citationum conuenientiore esse existimo. Sed ne, quod non satis explore perceptum est et cognitum, defendere videar, dissentientium rationes paululum disquiram. Primo vrgent aientem sententiam tuentes, Clericos, quatenus bona immobilia sub iudice seculari sita possident, pro Clericis non haberi, sed ratione possessionum et praediorum suorum dignitatem et priuilegia quasi exuere et tanquam laicos considerari, idque *C. 7. X. de foro compet.* probari censent. Addunt etiam alias rationes: mediatas scilicet citationes multis incommodis laborare, immediatae autem citationis in rem ipsam insinuatione multiplicationem terminorum, et sumtuum euitari, tium-

b) *medit. ad Pand. specim. 31. n. 3.*

c) *VMMIVS disp. ad proc. 5. n. 62. ibique citati.*

d) *princ. iur. eccles. c. 4. §. 12.*

e) *tit. 1. obseru. 56. n. 5.*

tiumque ambages refecari, neque hoc modo iudicis ordinarii iurisdictioni praeiudicium fieri. Atque hoc quoque obtinere tradit BOEHMERVS, f) si aliae personae priuilegiato foro munitae, actione reali mota, ad forum rei sitae citantur. Quorum veram sententiam esse iis in locis, ubi speciali lege hoc sancitum est, g) facile largior, hac autem cessante, contrarium certius esse existimarim. Non enim miscenda est consilii et iuris quaestio: concedam iudicum tarditatem et contentiones interdum lites morari, atque immediata iudici seculari in causis ad rei sitae forum pertinentibus, citatione concessa, compendia litium quaeri posse; sed haec ad ius constituendum non constitutum referri debent. Frustra autem C. 7. X. de foro compet. auxilium contrariae sententiae quaeritur. Verum est, ex ea Alexandri III. Pontificis constitutione colligi posse, ad ecclesiasticam cognitionem actiones reales de rebus, laicorum iudicum iurisdictioni subiacentibus, non pertinere; quod autem in his causis iudex secularis potestatis suae limites ultra quam fas erat, extendere, et per-

f) *iur. eccles. protest. L. 2. t. 3. §. 15.*

g) *Idem l. c. hoc noua ordin. eccles. Guelpherbyr. P. I. c. 14. cautum esse memorat.*

sonae privilegiatae comparitionem iniungere sine requisitione cum effectu possit, ibi non deprehenditur. Neque video, quomodo clerici immobilia possidentes, quae actione reali petuntur, duplicem quasi personam referre et laicis accenseri queant. Actiones sane reales res afficiunt, non iudici ius aliquod in personam rei largiuntur: atqui vero citantur personae non res ad iudicem. Quo posito, et hoc manifestum est, sine praeiudicio iudicis ordinarii, immediatas eiusmodi citationum insinuationes fieri non posse. Frustra quoque pro destruenda, cuius defensionem suscipi, sententia, quis prouocauerit ad ordinationem ecclesiasticam, h) quae in Electoratu Saxoniae viget, verbis: Was aber ihre und ihrer Weiber angefallene Erb = Güther und dergleichen actiones¹ reales, dingliche Spruch und Forderung betrifft, sollen unsere Kirchen = Diener an Orten, da andere unsere Untertanen schuldig seyn Recht zu geben und zu nehmen, deren Austrag erwarten, quibus cognitio quidem de actionibus realibus contra

h) Tit. von Immunitäten und Freyheiten der Kirchen-Diener. §. Was aber ic.

tra Clericos immobilium possessores iudicibus secularibus conceditur, sed facultas immediate eos citandi non tribuitur. Nolo haec prolixius persequi. meum enim est, Generosissimos atque Nobilissimos legum Studiosos, et reliquos Iurisprudentiae Fauctores, qua decet, humanitate rogare, vt publicis conflictibus, quos paramus, interesse ne dedignentur. Tuebitur autem

CHRISTIAN AVGVST REICHEL, Cament. Lusat. Disp. arb. confangu. et affin. I. et II. et Iur. Ciu. XII. XIII. XIV.

IO. DAVID NEANDER, Loffenf. Pal. March. Disp. Iur. Ciu. VIII. IX. X. et XI.

ADAM SIGISMVNDVS OCKHARDT, Wieha-Thuring. Disp. Iur. Publ. I. II. III. et Iur. Ciu. I. II.

GVN-

GÜNTHER ADAM PER-
LITZ, Martisburg. Disp. Iur. Feud. I.
II. III. et Iur. Ciu. III. IV.

IO. GOTTFRIED STAF-
FEL, Numburg. Disp. Iur. Ciu. XV.
XVI. XVII. et XIX.

IO. HENRICVS SCHWARZ,
Disp. Iur. Can. I. II. et Iur. Ciy. V. VI.


AVGVST CHRISTIAN
MARCHE, Stolpens. Misn. Disp.
Iur. Nat. et Gent. I. II. III. et Iur. Ciu.
VII.

Quos virtutibus suis atque industria bene
feliciterque perfrui cupio, et studiorum
praemia aliquando laturus confido. D.

Lipsiae d. 22. Apr. 1730.

EX OFFICINA LANGENHEMII.





ULB Halle
007 523 947


3



v7n8







Farbkarte #13

B.I.G.

1730
d. 22. 4.

1730, 22.

AD
 GYMNASII POLEMICI
 MENCKENIANI
 ISQV^UISIONEM
 PVBLICAM
 DECENTER INVITAT
 FRIDER. ALEXANDER K^UVNHOLD
 INSTIT. PROF. P. ET FACVL^T. IVRID.
 ASSESSOR.

